le ignores? Ignoti enim quæ eſſe poteſt, proprietatum cognitio,

Pag. 25. 26. 27. Terrent Barnerum umbræ, linquamus ipſum, usque dum ad ſaniorem mentem redeat.

Pag. 29, 30, occupatus eſt circa Spiritum Salis & Sal Tartari, Negat, ſe ſe terram vidiſſe præcipitatam. Sed procul dubio infeliciter denuo experimenta tentavit, neque ulteriori probatione indiget, quod plurimorum virorum clariſſimorum, ſenſuumque teſtimonio veriſſimum eſt.

Neque felicior eſt *Pag*. 31. 32. circa Terram ex Arcano Tartari.

Neque etiam reſponſo ad illa opus eſt, quæ *Pag*: 33. 34. affert. Negat enim audacter illa quæ nunquam tentavit.

Pag: 35. 36. 37. 38. præter ineptias quas tractat, genuinùm Alcaliſata volatiliſandi, modum promittit. An vero præſtiterit hoc, judicare poterunt illi, qui unquam Sal volatile Tartari genuinum, Oculis & linguà uſurparunt. Prçter urinoſum, certe non novit aliud.

Pag.